

IN SUBSEQUENTES
**VENERABILIS HILDEBERTI EPISTOLAS
 MONITUM.**

Com jam prolixè satis in nostra generali ad venerabilis Hildeberti Opera præfatione de ejus epistolarum præstantia et dispositione prælocuti fuerimus, hoc unum, lector benevole, te monitum volumus: quod cum ex tredecim aut amplius manuscriptis codicibus quibus ad illarum recensionem usi sumus, nullum invenerimus, in quo non diversimode ab aliis forent ordinatæ, indiscriminatimque collocatæ, nos ad celebriorum in pari casu scriptorum imitationem, illas in varias classes pro argumentorum varietate e nonnullorum eruditorum consilio duximus redigendas, in hoc præcipue doctissimi et nunquam satis venerandæ memoriæ R. P. Jacobi Sirmondi vestigia sectati, qui in evulgandis Petri Cellensis epistolis, quas cum in mss. invenisset permistim positas, in novem libros ad majus lectoris commodum distribuit. Sic et nos Hildeberti epistolas in tres libros distinguendas esse necessarium duximus. Præibunt igitur in libro I quæ pietatem Christianam et vitam Asceticam, sive (ut Hildebertus ipse sæpius loquitur) contemplativam spectant; succedent in libro II quæ ad dogmata catholica, seu disciplinam ecclesiasticam pertinent; subsequenter demum in libro III quæ meram inter amicos familiaritatem, et honestam urbanitatem exprimunt. Ne vero nobis vitio vertatur hæc illarum veteris ordinis mutatio, quæ nonnullam lectoribus molestiam posset facere, præterquam quod ad marginem cujusque epistolæ veterem ordinem referimus his signis al. 2, alias 3, etc., illarum hic proferimus indicem, in quo uniuscujusque veterem ordinem, et novum illi a nobis recenter assignatum notavimus. Illas autem omnes ordine chronologico, quantum e variis illius sævi historiis, eventibus et conjecturis nobis assequi datum est, ad publicam utilitatem disponere curavimus.

ORDO EPISTOLARUM VEN. HILDEBERTI.

LIBER PRIMUS. — *Morales seu asceticæ.*

<i>Annus cujusque circiter epistolæ</i>	<i>Ordo Novus.</i>		<i>Ordo vetus.</i>
1100	1	Willelmo de Campellis.	1
1100	2	S. Anselmo Cantuar. Ant.	8
1101	3	Adelæ comitissæ.	25
1101	4	Adelæ comitissæ.	71
1102	5	Agueti viduæ.	63
1104	6	Adelæ comitissæ.	41
1110	7	Mathildi Anglorum reginæ.	15
1110	8	Amico seu Willelmo de Campellis,	47
1111	9	Mathildi reginæ Anglorum.	16
1112	10	Ad Agnetem viduam.	81
1115	11	Monachis, ut putatur, Vindocinensibus	61
1121	12	Henrico I regi Anglorum.	59
1121	13	Puellæ conversæ.	57
1123	14	Adelæ reginæ Anglorum.	62
1123	15	Comiti Andegav. Fulconi Richino.	59
1128	16	Diviti cuidam improbo.	33
1129	17	Ad amicum desolatam consolatoria.	Nova.
1130	18	Adelæ reginæ Anglorum.	70
1131	19	Mouiali confortatio.	Nova.
<i>incerti temporis.</i>	20	Monachis sancti Cuthberti. Eadem bis seu eodem numero, sed aliter.	11
<i>inc. temp.</i>	21	Athalissæ reclusæ.	36
<i>inc. temp.</i>	22	Guillelmo abbati Sancti Vincentii.	37
<i>inc. temp.</i>	23	Eidem, ut putatur, abbati.	Nova.
<i>inc. temp.</i>	24	Cuidam amico Ecclesiæ benefactori.	Nova.
<i>inc. temp.</i>	25	De amore Dei, et amore mundi.	Nova.
		<i>De conversatione tua.</i>	
		<i>Flabellum misi tibi.</i>	
		<i>Absentia mariti.</i>	
		<i>Quoties quæ circa te sunt.</i>	
		<i>Egredien i tibi.</i>	
		<i>H. A. suæ dominæ.</i>	
		<i>Gratular honori tuo.</i>	
		<i>Sanctæ conversationis.</i>	
		<i>Difficile est discrete.</i>	
		<i>Confidimus in Domino.</i>	
		<i>Apostolicis erudimur.</i>	
		<i>Cum bene multis imperes.</i>	
		<i>Gaudium mihi exuberat.</i>	
		<i>Cum susceperis hanc epistolam.</i>	
		<i>Ad memoriam B. Jacobi.</i>	
		<i>Doteo, frater mi.</i>	
		<i>Quanto desiderio.</i>	
		<i>Transfretare tibi.</i>	
		<i>Celebre solatium est.</i>	
		<i>Hildeb. Cenom. h. minister Algaro priori.</i>	
		<i>Consideranti mihi votum tuum.</i>	
		<i>Usu pariter et necessitate.</i>	
		<i>Si vera sunt quæ de commisso.</i>	
		<i>Salutare est cunitiam.</i>	
		<i>Inter amorem hujus mundi.</i>	